

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Iniuria g
cum fonte primo

Pacienter quippe illatam iniuriam tolerat, qui pie meminit,
quod fortasse ad huc ex se habeat, in quo ipse debeat tolerari.
Et quasi aqua ignis exstinguitur,
cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa reuocatur,
quia erubescit peccatis non parcere,
qui Deo uel proximo sepe se recolit parcenda peccasse.

Gregorius in moralibus libro V.

Pacienter namque illatam iniuriam tolerat qui pie meminit
quod fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari.
Et quasi aqua ignis exstinguitur,
cum surgente furore animi, sua cuique ad mentem culpa reuocatur
quia erubescit peccata non parcere,
qui uel Deo, uel proximo saepe se recolit parcenda peccasse.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5.45 (CCSL 143, M. Adriaen ed.,
p.279, ll.115-120).